Fragmentarium

que sumpsimus: et beatarum virginum tuarum intercessio venaranda nos protegat. P. In dedicatione ecclesie.

Terribilis est locus iste hic domus dei est et porta celi et vocabitur aula dei. V. Dominus regnavit decorem indutus est indutus est dominus fortitudinem et precinxit se. Gloria patri et filio. R. Terribilis. Collecta.

Deus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas diem. et sacris semper misteriis representas incolumes: exaudi preces populi tui et presta ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur: cuncta se impetrasse letetur. P.

In diebus illis: vidi. Lectio libri apocalipsis Iohannis apostoli. civitatem sanctam ihrlm novam descendentem de celo a deo paratam: sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam. de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt. et cum eis deus erit eorum deus. Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum: et mors ultra non erit. neque luctus. neque clamor. neque dolor erit ultra: que prima abierunt. Et dixit: qui sedebat in throno. Ecce nova facio omnia. R. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentum inreprehensibilis est. Deus cui astat angelorum chorus exaudi preces servorum tuorum. .c.xxx. Alleluia. V. Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum.

In illo tempore: Egressus ihc perambulabat iericho. Et ecce vir nomine zacheus. et hic erat princeps publicanorum et ipse dives. Et querebat ihesum videre quis esset et non poterat pre turba. quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sycomorum ut videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum: suspiciens ihc vidit illum. et dixit ad eum. Zachee festinans descende. quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit. et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes. murmurabant dicentes. quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem zacheus. dixit ad dominum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudavi reddo quadruplum. Ait autem dominus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est. eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere et salvum facere quod perierat. Credo in unum. Off. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli universa. et populus tuus qui repertus est vidi cum ingenti gaudio. Deus israel custodi hanc voluntatem.

Annue quesumus domine [illegible] ut quicumque intra templi huius. cuius anniversarium dedicationis diem celebramus. ambitu continemur. plena tibi atque perfecta corporis et anime devotione placeamus: ut dum hec presentia vota reddimus. ad eterna premia te adiuvante pervenire mereamur. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus. mea omnis qui petit accipit. et qui querit invenit et pulsanti aperietur.

Deus qui ecclesiam tuam sponsam vocare dignatus es. ut que haberet gratiam per fidei devotionem. haberet etiam ex nomine pietatem: da [illegible]

[illegible] ut qui pro [illegible] misericordia tua preveniente clementiam sentiamus. P.

Preveniat nos quesumus. Secreta. domine gratia tua [illegible] has oblationes quas pro peccatis nostris nomini tuo consecrandas deferimus benignus assume: ut per intercessionem omnium sanctorum tuorum cunctis nobis proficiat ad salutem. P. Co.

Quesumus omnipotens deus clementiam tuam. ut inundantiam choercitas [illegible] et hylaritatem tui [illegible] nobis impertiri digneris. P.

A[illegible]

[illegible] gaudi[illegible]

Deus [illegible] [illegible] electorum in superna felicitate lo[illegible] [illegible] quesumus [illegible] quos in [illegible] nomina. beate [illegible] et omnium fide[illegible] ascripta retineat [illegible] destinationis [illegible] nos quesumus

Purifica [illegible] omnipotens et misericors deus sacramenta que sumpsimus et presta ut hoc [illegible] que sum[illegible] non sit nobis [illegible] ad salutem [illegible]

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/34, fol. [1]v-[2]v – Sacramentary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-xxwu/6480/55641)